ipsum Krzemyn pace et securitate cum assecuratum et gaudentem invasi-
serunt invasumque in domo ipsius propria enormiter vulneraverunt san-
guineque ipsius domum consanguinolaverunt quique ultis vidit in cor-
pore ipsius vulnus cruentum enorme fossum penes membrum
pudendum. Item vidit domum consanguinolatam pro qua invasione do-
mus ipse laboriosus Iwan Krzemyn tanquam ut principalem ipsum
Fedor Bobolgicz et eius complices inculpavit cum itaque ipse prin-
cipalis cum complicibus talem violentiam fecerat vxor predicti
tabernatorum cepit conclamare contra talem eiusdem ville ad retinendum
eorum frivolitatem ipsi non contenti hac violentia per ipsos facta
unus ex ipsis Sawka supernominatus laboriosum olim Lesko Koth
subditum ipsius Iwan enormiter et crudeliter cum suis prefatis complici-
bus occidit et de vino mortuum fecit. In cuius corpore ipse ultis vidit
vulnus cruentum fossum in manu sinistra et alia multa livida
vulnera in corpore ipsius a quibus de hac luce decessit pro quo
capite occiso ex parte laboriosi Iwan pupilli et minorennis filii olim
predicti Koth et a tutoribus eius fratribus vigilantibus occisi ipse
Sawka cum suis complicibus est inculpatus et coram iudicio sancto
criminali recenti ardue in eadem villa pro tunc celebrato ac circa
sepulturam in ecclesia rutenicali ibidem in pelnatige est proclamatus
ubi etiam ipse ultis prius adfuit in eadem villa tunc temporis quando
iudicium arduum necessarium in eadem villa extitit celebratum ubi
cum eosdem violatores pacis communis domus invasores et occisores
iure theutonico processum est ad quod iudicium per eundem ultis accla-
mati fuerat ut iuri parerat et se pro tali violentia et occisione
iustificet et quia nullus ex eis comparuit sunt per hoc idem iudi-
cium ad plectendum capite decreti tam iuxta iura regni quam et civi-
lia theutonicalia Magdeburgensium insuper hoc idem iudicium decre-
tum suum in vigore pro eius exequutione ubicumque locorum facienda
consignavit ad decursum unius anni et sex septimanarum circa quod
premissa omnia se fecisse fecisse et exercere ipse ultis ius reddens reco-
gnovit et nobiles prefati eius relationem sunt attestati

Ministerialis terrestris premisliensis providus Albertus Kotlynski de
Kanyzyga coram officio et actis prefatis castrensibus premisliensibus status
personaliter in vim relationis sue recognovit quia iuvenescentia litteralem
castrensem premisliensem ad exequutionem lanus in se cavens a nobili Jo-
anne Chwal in pelnatige sortis ipsius herede super nobilem Bar-
baram de Jastmanyge Chrzszczycha in pelnatige tenutrice apud
laboriosum Pheyrzhko Szywy Cmethone eius tenute sabato die pu-
rificationis virginis Marie in villa pelnatige posuit et reliquit
posicionemque eiusdem Altaris incolis eiusdem ville in extra iuris forma publi-
cavit et ad notitiam deduxit que ita et non aliter fieri ipse ultis
recognovit

Intro non est admissa per Vrosky Thustanowsky

Ministerialis terrestris premisliensis providus Choma de Ozymyna
unacum nobilibus Martino Hordynsky et Ffeythko Bilinsky se-
cum compareo coram officio et actis prefatis castrensibus premisliensibus

status personaliter in vim relationis sue recognovit quia feria tercia proxime
preterita anno presenti dum missis equitaverat ex parte nobilis Stanislai
Thustanowsky ad intromittendum eundem Stanislaum Thustanowsky in duos
Cmethones quos sibi elegerit in villa Zarzyce nobilis Iwan Vroskij dicti
Korbel hominis et hoc vigore inscriptionis terrestris premisliensis in summa du-
centorum florenorum pecunie ac decreti iudicii terrestris premisliensis alias prout
ipsa inscriptio et decretum lanus in se disponunt extunc ipsa intro prefa-
to Stanislao Thustanowski per prefatum Iwan Vroskij iuxta inscri-
ptionem et decretum non est admissa immo tenere denegata que
ita et non aliter fieri ipse ultis recognovit et nobiles prefati relationem
ipsius ultis attestati sunt

Rlo ultis ex parte Thustanowsky con Zeliborsky

Ministerialis terrestris premisliensis providus Choma de Ozymyna
unacum nobilibus Martino Hordynski et Ffeythko Bilinsky se-
cum compareo coram officio et actis prefatis castrensibus premisliensibus
status personaliter in vim relationis sue recognovit quia eidem
ultis et ductis nobilibus est abductus et protestatus feria tercia proxime
preterita anno presenti ex parte nobilis Stanislai Thustanowski in et
cum nobilem Hryzko Zelyborski quia ipse feria tercia post festum
sancte Agnetis proxime preterita anno presenti oblitus status et
conditionis sue militaris non attentis iuribus et statutis regni
omnia violentiarum genera severe prohibentium spretis libertatibus
de pace communi et tranquillitate publica quibus ceteri regnicole
gaudent his omnibus postpositis ipsum Stanislaum Thustanowski
pace communi et tranquillitate publica assecuratum in domo et
curia eius solite residentie in villa sortis ipsius ville Kornalowyze
Kornalowyze manu forti et armata ut hostis patrie vi et violenter
invasit et ibidem in eadem domo et curia circa invasionem eiusdem
domus incisiones satis nobiles sex in ostiis magnis eiusdem
domus fecit his non contentus eundem Stanislaum Thustanow-
sky vulneribus affecit que ita et non aliter fieri ipse ultis re-
cognovit et nobiles prefati relationem ipsius ultis attestati sunt
Ubi et in continenti prefatus Stanislaus Thustanowski coram
officio et actis prefatis castrensibus premisliensibus ostendit et manife-
stavit cicatricem vulneris in similitudine capitis item aliam cica-
tricem vulneris in manu dextra supernis digiti auricularis
que vulnera cicatricum asserebat sibi fore inflicta per no-
bilem Hryzko Zelyborsky circa eandem invasionem domus in villa
sortis Kornalowyze

Intro non est admissa per Malochowsky Zolkiewsky et Chamiecz

Actum in castro premisliensi feria secunda post festum sancte Doro-
thee virginis proxima anno domini 1556 sexto

Ministerialis terrarum Russie generalis providus Lecz de Ostrow una
cum nobilibus Petro Blazowsky et Choma Zolthowsky secum